



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XCV. Veteres litaniae descriptae ex libro precum Karoli Calvi Regis  
Francorum, qui nunc extat in bibliotheca Colbertina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

tionis Dominicæ D C C L X V I I . Indictione 1. anno quoque ordinationis nostræ 1 x . devenimus ad quendam locum nomine Troium prope monasterium Cormaricens supra fluvium Angueram in honorem beatissimi confessoris Martini infra diocesum nostram antiquius à prædecessoribus nostris constructum ; cuius stacum & facultatem perquientes , reperimus eundem locum absque dote & nondum decimatum habentem legitimam cessionem . Cujus denique loci stabilitamentum & honorem tractantes , adhibito nobiscum assentu & consilio seu juvamine & deprecatione nobilissimi Dei amicorum timentis Cormaricensis canonib[us] Abbatis Audachri , similique reliquorum ejusdem monasterij monachorum , ipsum locum secundum qualitatem instaurare curavimus , confirmingo eidem loco sub dotis scriptura & largitione prelatis Abbatis in ipsa villa quatras 1 1 1 . de prato aripennos 1 1 1 . & fatinarium 1 . in altero vero loco , in villa que dicitur Feriacus , inter vineam & terram aripen . 1 . & femis . &c. Data Idibus Novembriis anno ..... regnante Karolo Rege serenissimo .

## X C I V .

*Preceptum Karoli Calvi de Nantriac*o*  
villa Ecclesiæ Parisiensis.*

An. 868.  
Ex parvo  
chartulario  
Ecclesiæ  
Parisiensis.

**I**N nomine sanctæ & individus Trinitatis . Karolus gratia Dei Rex . Si petitionibus fæc[t]orium Dei &c. Itaque notum sit omnibus sanctæ Ecclesiæ fidelibus & nostris praesentibus atque futuriis quia venerabilis vir Aeneas Parisij Episcopus columnis nostri reverenter adiens sublimitatem , humilitatem deprecatus est ut Ecclesiæ sibi commissæ fædæ fidei in honore Dei genitricis & semper virginis Mariæ fundatae auxilium præbere , cujus res ex maxima parte paganorum veneratione consumptæ & allaptae videbantur , ita ut nec sacra loca ipsi sanctæ fedi pertinentes restituunt ac reformati \*olerentur , neque servi Dei in eisdem degentes vivere ac sustentari possent . pro quo multiplicebus rogationibus efflagitavit quandam ejusdem Ecclesiæ villam in pago Pictevo secus fluvium Clunium sitam Nantriacum sibi reddere dignaremus , reddendisque restituere non negaremus . Non inquam , ut credimus , divina inspirante gratia ad supplicationem ejus auditum benignum accommodantes , non abnuendum fabubribus admonitionibus ejus ratum omnino duximus . Unde & certitudinis nostræ præceptum hoc fieri jussimus , per quod memoratam villam Nantriacum , cum Ecclesiæ & reliquis ædificiis , cum familia utriusque sexus , cum terris quoque cultis & incolitis , vineis , pratis , silvis , aquis , aquarumque decursibus , molendinis , pascuis , egressibus & regressibus , cùmque omnibus rebus que dici aut nominari possint eidem villa pertinentibus , memoratæ lanctæ fedi Parisij præfatoque Aenea Episcopo pure ecclesiastico aeternaliter habendam restituimus . Videbatur ut fine cuiusdam contradictione aut inquietatione antedictus Episcopus & successores ejus candem villam cum summa inte-

\* valorem

An. 867.  
Ex parvo  
chartulario  
Ecclesiæ  
Parisiensis.

gritate teneant atque possident , & canonica ordinatione ad honorem & utilitatem atque necessitatem prescriptæ sanctæ sedis libera potestate disponant ; scilicet ut quicquid ex ea esse poterit , eisdem sacro loco in voluntate Dei proficiat semper in honoris augmentum , & anime nostræ profit in adjutorium . Ut autem haec munificentia nostræ relitutio pleniorem semper & inviolabiliem in Dei nomine obtineat firmatatem , manu propria ei subscriptimus , & de bulla nostra signari eam jussimus .

Signum Karoli glorioissimi Regis .  
Hildegobodus Cancellarius ad vicem Gozleni recognovit .

Datum xv. Kal. Aprilis Indictione 1. anno xxviii . regnante Karolo glorioissimo Rege .  
Actum Silvanætis in Dei nomine feliciter .  
Amen .

## X C V .

*Veteres litaniæ descriptæ ex libro precum Karoli Calvi Regis Francorum , qui nunc extat in bibliotheca Colberiana .*

INCIPIT LAETANIA .

**K**yrieleyon . Ter. Sancte Tiburti . Ora .  
Christe eleyon . Sancte Valeriane . Ora .  
Ter . Sancte Fabiane . Ora .  
Christe audi nos . Ter . Sancte Sebastiane . Ora .  
Sancta Maria . Ora . Sancte Cornelii . Ora .  
Sancta Michael . Ora . Sancte Capriane . Ora .  
Sancta Gabriel . Ora . Sancte Vitalis . Ora .  
Sancta Raphael . Ora . Sancte Gervasi . Ora .  
Sancta Petre . Ora . Sancte Protaci . Ora .  
Sancta Paule . Ora . Sancte Marcelline . Ora .  
Sancta Andrea . Ora . Sancte Petre . Ora .  
Sancta Iacob . Ora . Sancte Prote . Ora .  
Sancta Iohannes . Ora . Sancte Iacinde . Ora .  
Sancta Thoma . Ora . Sancte Hermes . Ora .  
Sancta Iacob . Ora . Sancte Saturnine . Ora .  
Sancta Philipe . Ora . Sancte Firmine . Ora .  
Sancta Bartholomee . Sancte Georgi . Ora .  
Ora . Sancte Bonifaci . Ora .  
Sancta Matthee . Ora . Sancte Maurici cum fo-  
ciis tuis .  
Sancta Symon . Ora .  
Sancta Tadee . Ora . Sancte Geron cum fo-  
ciis tuis .  
Sancta Mathia . Ora .  
Sancta Marce . Ora . Sancte Cosme . Ora .  
Sancta Luca . Ora . Sancte Damiane . Ora .  
Sancta Barnaba . Ora . Sancte Theodore . Ora .  
Sancta Timothee . Ora . Sancte Benigne . Ora .  
Omnes sancti Apostoli . Sancte Eustachi . Ora .  
Orate . Sancte Menne . Ora .  
Sancta Stephane . Ora . Sancte Albine . Ora .  
Sancta Line . Ora . Sancte Cucuphas . Ora .  
Sancta Clete . Ora . Sancte Peregrine . Ora .  
Sancta Clemens . Ora . Sancte Quintine . Ora .  
Sancta Dyoniſi . Ora . Sancte Marcelli . Ora .  
Sancta Rustice . Ora . Sancte Lanberte . Ora .  
Sancta Eleutheri . Ora . Sancte Crispine . Ora .  
Sancta Sixte . Ora . Sancte Crispiniane . Ora .  
Sancta Laurenti . Ora . Sancte Christophore .  
Sancta Ypolite . Ora . Ora .

An. 867.  
Ex charta  
glorio . S.  
Martini  
Turonen-  
sia .

Sancte Simphoriane. Sancte Paule. Ora.  
 Ora. Sancte Antoni. Ora.  
 Sancte Luciane. Ora. Sancte Machari. Ora.  
 Sancte Urbane. Ora. Sancte Pauline. Ora.  
 Sancte Projete. Ora. Sancte Severine. Ora.  
 Sancte Vite. Ora. Omnes sancti confessio-  
 nes. Ora. Orate.  
 Sancte Agapite. Ora. res. Ora.  
 Omnes sancti martyres. Sancta Felicitas. Ora.  
 Ora. Sancta Perpetua. Ora.  
 Sancte Hilari. Ora. Sancta Petronilla. Ora.  
 Sancte Martine. Ora. Sancta Tecla. Ora.  
 Sancte Benedicte. Ora. Sancta Agata. Ora.  
 Sancte Gregori. Ora. Sancta Agnes. Ora.  
 Sancte Ambrofi. Ora. Sancta Cecilia. Ora.  
 Sancte Augustine. Ora. Sancta Lucia. Ora.  
 Sancte Hieronime. Ora. Sancta Anastasia. Ora.  
 Sancte Leo. Ora. Sancta Scolastica. Ora.  
 Sancte Medarde. Ora. Sancta Eufemia. Ora.  
 Sancte Germane. Ora. Sancta Genovefa. Ora.  
 Sancte Remigi. Ora. Sancta Radegundis.  
 Sancte Fortunat. Ora. Ora.  
 Sancte Aniane. Ora. Sancta Gertrudis. Ora.  
 Sancte Florenti. Ora. Sancta Enalicia. Ora.  
 Sancte Columbane. Sancta Leuchadia. Ora.  
 Ora. Sancta Brigida. Ora.  
 Sancte Chlodoolde. Sancta Aldegundis. Ora.  
 Ora. Sancta Medrisima. Ora.  
 Sancte Amande. Ora. Sancta Eugenia. Ora.  
 Sancte Vedaste. Ora. Sancta Columba. Ora.  
 Sancte Arnulfe. Ora. Sancta Iuliana. Ora.  
 Sancte Landeberte. Ora. Sancta Iulitta. Ora.  
 Sancte Audoene. Ora. Sancta Baltrildis. Ora.  
 Sancte Eligii. Ora. Sancta Praxedis. Ora.  
 Sancte Sulpicci. Ora. Sancta Savina. Ora.  
 Omnes sancte virgines Dei. Orate pro nobis.  
 Omnes sancti. Orate pro nobis.  
 Propitius esto. Parce nobis Domine.  
 Propitius esto. Libera nos Domine.  
 Ab omni malo. Libera nos Domine.  
 Per crucem tuam. Libera nos Domine.  
 Peccatores. Te rogamus audi nos.  
 Ut pacem nobis dones. Te rogamus audi nos.  
 Ut Apostolicum nostrum in sancta religione conser-  
 vate digneris. Te rogamus.  
 Ut mihi Karolo à te Regi coronato vitam & prof-  
 peritatem atque victoriam dones. Te rogo audi  
 me.  
 Ut Hirmindrudim conjugem nostram conservare  
 digneris. Te rogamus audi nos.  
 Ut nos ad gaudia æterna perducere digneris. Te  
 rogamus audi nos.  
 Ut liberos nostros conservare digneris. Te roga-  
 mus.  
 Ut sanitatem nobis dones. Te rogamus.  
 Ut compunctionem cordis nobis dones. Te ro-  
 gamus.  
 Ut fontem lacrimatum nobis dones. Te rogamus.  
 Ut spatiū penitentia nobis dones. Te rogamus.  
 Ut remissionem omnium peccatorum nostrorum  
 nobis dones. Te rogamus.  
 Ut animabus parentum nostrorum requiem æter-  
 nam dones. Te rogamus.  
 Ut cunctum populum Christianum conservare  
 digneris. Te rogamus.  
 Fili Dei. Te rogamus audi nos. Ter.

Agne Dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis  
Domine.  
Agne Dei qui tollis peccata mundi. Dona nobis  
pacem.  
Agne Dei qui tollis peccata mundi. Miserere  
nobis.  
Christe audi nos. Christe audi nos. Christe audi  
nos.  
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.  
Pater noster. Et ne nos inducas.  
Ego dixi. Domine miserere mei. Sana animam  
meam, quia peccavi tibi.  
Domine exaudi orationem meam, & clamor  
meus ad te veniat.  
Miserere mei Deus.

O R E M Y S.

**D** EUS, qui in sanctis habitat, & pia corda  
sanctorum tuorum libera nos à terrenis desideriis  
& cupiditate carnali, ut nullo in nobis regnante  
peccato, tibi soli Domino servire mereamur. Per  
Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum  
vivit & regnat Deus in unitate Spiritus sancti per  
omnia secula seculorum. Amen.  
Benedicamus Domino. Deo gratias.

---

X C V I.

*Præceptum Karoli Calvi pro Dodone  
vasso Ogerij.*

**I**N nomine sancte & individua Trinitatis. Karolus Dei gratia Rex. Regalis celstitudinis moris est donis multiplicibus fideles suos & honori-  
bus ingentibus honorare atque sublimare. Proinde moirem parentum Regum videlicet prædecessorum nostrorum sequentes, libuit celstitudini nostre  
cuidam fideli nostro Dodone vasso Ogeri fidelis  
nostris de quibusdam rebus nostris proprietatis ho-  
norare atque in ipsius jus ac potestate conferre.  
Idcirco noverit experientia atque industria om-  
nium fidelium nostrorum tam praesentium quam  
& futurorum quia concedimus memorato fidelis  
nostris Dodoni vasso prædicti fidelis nostri Ogeri  
quædam res iuri nostri sitas infra Septimanæ  
regnum in pago Ruffisionenfe, id est, villulam  
que vocatur Prunetus cum suo villare Domnolio-  
no, vel cum omnibus eorum appendicis. Seu  
etiam & concedimus ei alium villarem cuius vo-  
cabulum est villare Manfaldi, cum finibus suis.  
His vero prædictis villulis cum eorum adjacentiis  
huic fideли nostro prædicto Dodoni ad perpetuum  
per hanc nostræ largitionis constitutionem conce-  
dimus & de nostro iure in jus ac potestatem illius  
pro solemani donatione transferimus, ita videlicet  
ut quicquid ab hodierno die & tempore ex præ-  
dictis villulis exinde pro sua utilitate atque com-  
moditate jure proprietario facere decreverit, libe-  
ram ac firmissimam in omnibus habeat potestatem  
faciendi, tam donandi quam vendendi, seu com-  
mutandi, necnon etiam suis heredibus relinquendi.  
Et ut hac nostra largitionis atque donationis au-  
toritas perpetua obtineat, firmatam, manu  
propria subter eam firmavimus, & anuli nostri  
impressione adsignati jussimus.

Signum

An. 169.  
Ex archivo  
S. Petri Ro-  
densis in  
diocesi Go-  
tuensis.